

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1520

Autre(s) référence(s) : Fauroux 74 / Tabuteau 161 / ARTEM 2690

Auteur(s) : Roger Ier de Montgommery [particulier]

Bénéficiaire(s) : Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1027-1035]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Robert le Magnifique confirme l'autorisation donnée par l'abbaye de Jumièges à Roger de Montgommery de restaurer un marché à Montgommery. Ce dernier, séduit par l'exemple pernicieux du duc avait en effet détruit le marché de Vimoutiers appartenant à Jumièges pour le transférer dans son propre domaine. Robert le Magnifique saisi par le repentir, ayant à son tour ruiné ce nouveau marché et restauré celui des moines, Roger de Montgommery obtient l'autorisation de refaire le sien : pendant trois années il devra augmenter d'une livre par an le cens des religieux.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 9 H 30 (1).

Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° XIII, p. 43-46.

b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 74, p. 214-216.

Dissertation critique

Règne du duc Robert le Magnifique, 1027-1035. Il est probable que cet acte se situe dans la deuxième partie de son règne. Voir FAUROUX, p. 215.

Texte établi d'après b

Monarchiam regni Normannorum, auxiliatrice Christi clementia, viriliter magno duce Richardo moderante, non modo pace, sacerdota rerum etiam gloria et rerum temporalium incremento sublimabatur Dei ecclesia. Eo denique [cæ]lesti[a], ut credimus, scandente regna, principatum ejusdem nominis Richardus filius illius obtinuit. Sed cita morte preventus, jure hereditario fratri suo Rodberto eundem reliquit, qui perversorum consiliis illectus non eo amore quo pater suus ecclesiam Dei cœpit colere. Quod profecto, ego Rodgerus cernens et omnium malefactorum malitiam excedens contra Deum instigante diabolo memetipsum, erex[...] Sancti Petri Gemmeticensis innumera mala ingerere cœpi, vi illius bona auferendo. Nempe, inter cætera quæ illi intuli, [forum] quod erat in Vivo Monasterio destruens, in Monte Gomeri meum statui. Quod postea isdem comes, tactus Dei pietate et penitens

transactorum malorum operum, delevit et in priori loco restituit. Eo, ut dictum est, amissio, sciens me nullo pacto illud posse recuperare, nisi per monachorum consensum, eos supplex adii, et multis precibus vix obtinere valui ut, eorum foro nullum dampnum paciente, michi liceret in meo supradicto vico aliud extruere, tali siquidem conventione ut usque ad tres annos, in uno quoque anno, illorum quem nunc habent censem crescerem una libra denariorum, istudque trium librarum augmentum super eorum censem permanens, erit in seculu[m]. De quadam quoque silva, et de medietate unius feriae calumpniabantur me ; quæ omnia, pro harum conventionum amore, illis relinquo ; similiter et de unius molendini exclusa, quam non quæro nisi per eorum gratiam. Porro, si ipsorum supradictum forum visum fuerit aliquid detrimenti pati propter meum quod nunc extruo, nisi infra dies XLa post eorum ammonitionem, emendare studuero, conventione deleta et me perdente, revertatur forum ad monachos. Quæ res ut firma sit, jurare sacramentum [...] meisque heredibus feci. Eandemque rem comes Rodbertus hac confirmatione + subterfirmavit. Cæter[um] si quis ex meis posteris, auctore diabolo, et avaritiae facibus accensus, hanc conventionem quocumque modo corrumpere presumpserit, sub Patris et Fillii et Spiritus Sancti maneat anathemate et, ab omnibus sanctis Dei reprobatus et condempnatus, de libro vitae deleatur, et cum illis inscribatur, qui diris vocibus acclamabant : « Crucifigatur », diabolo traditus, æternalibus incendiis æternaliter urendus. Amen. Signum Rogerii hujus conventionis sponsor. + Signum Hugonis filii ejus. + Signum Sasuuali. + Signum Hisoy. + Signum Herminonis. + Signum Willelmi Pantulf.